



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Antonii Bynaei de Calceis Hebraeorum Libri Duo**

**Bynaeus, Anthony**

**Dordraci, 1682**

Apud Hebræos vestes pelliceæ in frequenti usu.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12835**

Hædina tibi pelle contegenti,  
Nudæ tempora verticemque calvæ,  
Festive tibi, Phœbe, dixit ille,  
Qui dixit caput esse calceatum.

Sed quod mireris, calceorum ex  
Hyænæ pelle meminit Oppianus,  
quibus tantam adscribit virtutem, Oppian.  
cyneg.  
ut si quis calceatus hyænæ pelle inces- lib. 3.  
serie, adeo canibus fit metuendus, ut  
ipſi obmutescant nec audeant allatrare.  
Multæ quidem veteres prodiderunt  
de Hyænæ in canes odio, & quod  
isti animalium generi sit infestissi-  
ma, quæ vir summus Samuel  
Bochartus observavit, an vero Bochart.  
ea sit virtus pellis Hyænæ, merito Hieros. p.  
I. pag. 832.  
dubitamus. Et tamen simile quid  
refert Plinius, qui asserit eos, *qui*  
*hyænæ linguam in calceamento sub pede*  
*habeant, non latrari à canibus.*

VI. Ut apud veteres magnus  
fuit pellum in consuendis calceis  
usus, ita & Hebræos ex pellibus  
sive corio gestasse calceos putamus.  
Fuerunt in ea gente vestes pelliceæ  
in frequenti usu. Patriarchæ ple-  
rique pellibus tecti incesserunt.  
Ambularunt enim *ἐν μηλωταῖς, ἐν*  
*αιγαιοῖς δέμησιν in ovillis & caprinis*  
B 3      pellibus,

### 30 De CALCEIS HEBRAOR.

Hebr. II.

37.

2. Reg. I. 8.

rantur,

ut de Elia

est notissimum

*pellibus*, ut docet auctor Epistola ad Hebræos. Qui quidem habitus fere ordinarius Prophetarum fuit, quorum villoſa vestimenta memo-

*Sed hac de re plura jam alii obſer-  
varunt, & nos in majori opere,  
quod de Re Vestiaria Hebræo-  
rum est, si Deus voluerit, proli-  
xius differemus. Quis dubitabit,  
cum inter Hebræos pelliceārum  
veſtium frequens fuerit uſus, etiam  
ex corio ſive *pellibus* eos calceos  
geſtaſſe, cum nihil magis fuerit ob-  
vium, atque ad uſum calceorum  
aptius, quomodo & hodie vulga-  
tissima materia, qua calceantur  
pedes, corium habetur. Ita cre-  
diſſe videtur Hieronymus, qui*

*Christum discipulis *vincula pellium*  
interdixisse dicit: Discipuli, inquit,  
*sine calceamentorum onere, & vi-  
nculis pellium ad prædicationem novi  
Euangelii destinantur.* Juvat con-  
jecturam, quod alibi mentio fiat  
Σιμωνος βυρσεως (nam βυρσεως eſt co-  
riarius, ut glossæ habent, quomodo  
בְּרִסָּמָה pro coriario adhuc usurpant  
Thalmudici, qui coria tractat con-  
ſciendis calceis) ſed maxime quod*

Hieron. in

Epift. ad

Eusto-  
chium de

custod.

Virgin.

A&t. 9. 43.

& 10. 5.

Gibe-